

me quoque tenere apud suam charitatem haudquaquam diffi-
cilio, mihi persuadeo. Supra igitur literis fieri certior,
et quid rerum novarum vobis imineat. Nam Turcam no-
vari ajunt Slesivis oris, quod deus avertat. Nos hic Eglo-
toto nos damus, si forte imminentem istam avertamus.
Vides enim, mi Hesse, quae à Prophetis et ipso Christo pra-
dicta sunt, non imminere modo, sed et adesse quotidie, deus
avertat illam in loco sancto jam dudum statem ab omni
nationem! et faciet dubio procul, modo ad eum, qui nos
iudicem vocat, non vertamur, et vivamus per Christum Je-
sum Dominum nostrum, extra quem non est salus. In quo
bene vale, mi charissime Hesse, et me ama. Commendo
tibi Michaellem meum, in eum, quicquid in me velles,
studiorum et humanitatis conferas oro. Scripsi citissimus
Da veniam. Ephurdia altera Juedica. M. D. xxii.

Tuus Eobanus Hesus.

40/

Acta Ewingli Episcopi Tigurini cum Legatis
Helvetiarum Constantiensis.
ad Erasmum Roterdanum
año 1522.

Acta Tiguri 7. 8. 9. diebus Aprilis per Rev. Dn. Constant.
Legatis suffragante Johanne Vannio (qui tamen invitum se in
negotio interfuisse. J. et N. Brendly cum Hedericho Ewinglio
Tigurinorum Evangelista coram sacerdotum Senatorumque
ordine.

Cum septima die Aprilis ad urbem nostram praedicti Patres ma-
turius venissent, nec ego ignorarem venturos, captabam quod
illi consilii caperent, resere tamen nequivi usque ad interpositam
ferè noctem, quae Henricus Query Diaconus noster charissi-
mus veniens admoneret Notarium (quem vocant) in crastinum
dilectulum cogere universum sacerdotum ordinem ad Cano-
nicorum locum consuetum: Ego hoc felix aspiciam operatum
quod res per cursum egregie non claudum tamen illepidum

coepit

67
cepta esset, cogitaban intra me, quoniam pacto essent or-
suri telam. Lensi tandem ut mihi videbar. Et cum jam illu-
xisset, atq; in conspectum ventum esset, orsus est suffraganeus
in eum modum, qui post sequitur, cum narrare coepimus
quomodo res sit apud senatum acta. Erat tota oratio vehe-
mens et stomachi superciliis plena, tametsi strenue dissi-
mularet omnem similitatem erga nos, nomen etenim no-
strum ita attigit, ac si sacro-sanctum esset, cum tamen
interim nihil non in nos diceretur. Tragœdiam cum jam
exejulasset, prodii, indecorum ac foedum ratus, orationem,
que tantum damni dare posset, inexcussam permittere, pre-
sertim cum infirmos quosdam nuper Christo lucrifactos sa-
cerdotes offensos eâ sentirem, ex tacitis palloribus ac suspi-
riis; Tumultuante itaq; ad suffraganeum dicta respondi, quo
spiritu et animo, pudicent boni, qui audierunt. Summan-
tamen etiam tum audies, cum ad acta apud senatum diver-
sim, deseruerunt hoc cornu veluti victum, ac in fugam
conversum oratores ad aliud properè festinantes ad sena-
tum scilicet, ubi eadem, ut ex senatoribus ipse rescivi, habita
oratio eodemq; modo nomini nostro paritum, persuasum
quoq; senatus, ut ego vocarer, nihil enim se mecum habere
negotii. Variantibus posthac aliquandiu sententiis, huc tamen
deventum est, ut et plebs; ea est ducenti viri senatus
major adpellari; sequenti die frequens adesset, cautumq;
ne Episcopi urbis, qui tres sumus, adessent, nihil enim adver-
sus istos dictum vi, orationi tam integra neminem posse
contradicere et coherere; quod ubi rescivi, omnem operam
impendi, ut nos quoq; in senatum admitteremur sequenti
die futuram; frustra diu movi omnem lapidem. Nam
senatus Principes negabant fieri posse, cum senatus di-
versum decrevisset. Ibi ego quiescere, ac suspiriis ren-
agere coepi apud eum, qui audit gemitum creditorum,
re veritatem defereret, ac Evangelium suum, quod per nos
predicari voluisset, defenderet. Nonâ tandem die civi-
vibus ac indignam rem tumultuantibus, quod Episcopi sui
non admitterentur, restiterint, qui erant e senatu, quem

vocant à numero, minorem, quod diversum ante dece-
rissent. Invidi tamen illis coegit plebs rogationem super-
eare haberi, quã sic sensum est, ut Episcopi sui presentes
sint atq; omnia audiant, ac si opus habeant, respondeant
sic non quemadmodum Livius ait, vicit major pars mi-
orem. Hic enim est major et melior vicit. Hoc autem
non est gratia in calamum nobis incidere passus sum
ut minori senatui aliquid imputem, sed ut videatur, quod
possint insidias et circumventiones. Quid n. Oratores
Constantien: Episcopi aliud egerunt, quam ut apud sim-
plicem plebeculam dicerent sine arbitris, quicquid in
buccam venisset? Deo gratia, cum n. in senatum
inducerentur Oratores, admissi sumus et nos Tiguri-
norum Episcopi Henricus Engelhardy D.D. ad monast-
rium Monialium. Rudolphus Roscelly apud S. Petrum
Episcopus, et ego Huldricus Swinglij. ibi cum dicend-
esset illis copia facta, et suffraganeus salutem eis ac
benedictionem à suo Illustrissimo ac Episcopo: man-
oportet ultimo tandem loco vix admitti, et nunciasset, voce
deinde suavissima, illa sua, qua vix dulciorem in dicendo
unquam audivi, quod si pectus et cerebrum tantum, quam-
tum illa, possent, quod illa diceret superaturum, et Apollin-
nem dulcedine, persuadendi autem vi Demosthenem cum
Græcibus: tam cum orationem ejus cupiam, ex integri-
ponere, nequeo, tum quod confuse, perplexè, ac sine
ordine diceret, tum quod tam longam, haud putem ab
ullo Partio Latrone memoria teneri, pugillares autem
cum ipse habuerim, ac summa capita adnotarim, ut
comodius possem illius dictis obistere, ac respondere.
Volo ista ponere primum, deinde quæ ad ad queris re-
spondering, subjicere.

1. Τραγικότητος dixit quosdam doctrinas novas irritabilis
ac seditiosas docere, germanicè εὐδαιμονότητος hanc aff-
ισίφιν λόγον. Nempe nihil perceptionum humanarum
servari oportere, nihil ceremoniarum. Sive doctrina
si vicerit,

si vicerit, futuram, ut non modo civiles leges, sed Christi-
 ana fides aboleatur. Cui tamen ceremonie sint veluti
 manuductio. hoc enim verbo uti illi placuit, etiam apud
 eos, qui ignorarent Latine, quod nimirum Germanica vox
 Cinc Einleitung, ei vel parum firma videretur, vel minus
 elegans. ad virtutes itum virtutum fontem esse, in
 sprung. quod verbum tamen postea fuit coram tot ar-
 bitris ausus negare. Quadragesimam item
 doceri non servari oportere, in hac enim urbe ausos
 esse quosdam sese a reliquis Christianis separare. et a
 Christiana Ecclesia. quod verbum etiam postea tam
 impudenter, quam perversaciter negavit, testabatur
 D. Brentii non dixisse eam id verbi, cum totj Senatus etiam
 hodie testetur, tam putant sibi quicquid libuerit, licere,
 temere dicere, et temere negare, quod dixerint eodem
 ferè momento. carnes enim eos edisse in quadragesima
 non sine totius Reipubl. Christiana scandalo. quod tan-
 etsi litera Evangelica aperte non permittunt, audere
 tamen eodem asserere, ex Evangelicis ac Apostolicis
 scriptis sibi licere, contra sanctorum Patrum ~~SECRET~~
 et concilia, contra denique vetustissimum morem, eos
 fecisse, quem, nisi ex Spiritu S. fluxisset, tanto tem-
 pore servare nunquam potuissent. Gamaliel enim
 in Actibus Apostolorum dixisse, sinite illos, nam si hoc
 opus est ex Deo etc. Hortatus est inde Senatum, cum
 et in Ecclesia maneat, nam extra eam neminem
 salvari. Ea ^{quod} tam perversè docerentur, sint funda-
 mento doceri. Atque dum sibi non satisfecisset superius de
 ceremoniis locutus, iterum in illarum mentionem inci-
 dit, unicuique esse, per quas simplices Christiani ad agniti-
 onem salutis inducerentur, ac id ex officio plebanorum. sic
 enim Episcopos ac Evangelistas hodie appellant personati isti Episco-
 pi, ut illorum nomen sacrosanctum sit. esse ut simplice an-
 plebeulam doceant figuras quaedam esse et significare
 quaedam, que et revelata et exposita, per eos oporteat, quid

signent, quid possint. de scandalo tandem, post superiore
catastrophen, disserere coepit, non ut verè dicam, inera-
dite, modo fideliter recitasset, tam quæ contra se, quam quæ
pro se erant, adjunxit scandalum vitari præcipi à Christo
tam minaciter, quam quicquam. Væ enim docti indigna-
tionis notam apertissimam. Væ mundo à scandalis. Ad Pau-
lum quoque rediens ex eius epistolis, antequam de vâ dispen-
set, non pauca produxerat, testatus est illum, ne offenderet
Judeos, Timotheum circumcidi passum esse. Et quod inter
prima ista de seditiosis doctrinis dici oportebat, post omnia
adpendit, neminem suo fidere capiti oportere. Nam et
Paulum noluisse suo sensui inniti, sed venisse Hierosoly-
mam, ut Evangelium conferret cum Apostolis post
verò dictorum omnium pulcherrimum epilogum præcepit
cum suis abire, quem sic cum illis agatur sum. Hæc W
Cyprius, quæ in se non parum deliqui imprudens ac re-
sticus, dicere enim ajunt debuisse, quædignis Grom-
verum urbanatum cum nesciam publicam tango con-
mitemque reliqui, manete obsecro inquam, donec pro necesse
satisfaciam, nam id ipsum permittent coepiscopi nostri.
Ad quæ ille, non est nobis, inquit, commissum, ut cum
quoquam disputando committamur. Et ego inquam, mi-
nimè disputabo, sed quæ hætenas docui optimos istos civis
lubens ac volens coram vobis et doctis et cum imperio
ut ita dicam, missis oratoribus producam, ut major ha-
beat eorum fides, si rectè censueritis doctum esse, sin-
minus contra fiat. Nihil inquit ille, contra locuti sumus,
unde non est opus, ut satisfacias. Ego verò, et si inquam,
nominis peperisset, orationis tamen omnis jus ac impetum
in me conversus ac tortus fuit, nec enim aliter succum
revera agebatur, quam quod in certamine, Mirmidonis
et Galli dici solitum est, Non te Gallo peto, piscem peto, ita
nomen dissimulatum est ac tacitum, ut mihi, qui Furing-
tarentur, gravissima crimina, si Deus placeat, inten-
est M. Kuest Consul præcibus Constantien. permovere ut
auscultarent. Hulderium Furingium vehementiorem esse
ac morosi-

69
ac morosio rem, quam quod cum ullo quicquam agi recte
et cum modestia posset. Respondi, quia unquam vos injuria
afeci, ^{aut} quis est hic rerum ordo, tam graviter et acerbè
taxare hominem innocentem et de re Christiana bene
meritum. Satisfactionem autem nullam recipere. Ego
id semper sperare debui, ni fallor. fallor autem fortasse.
si unquam essent aliqui pervicacius contradicaturi Evan-
gelica doctrina, quod cum Antistes Constant. unus
ante omnes esset suppetias laturus, ac auditory causam
omnem, atq; id per vos maxime, quibus etiam unum
ob singularem eruditionem legaty usus est, quid enim
facturi essetis, si clam vobis lenatum alloqui cupere,
conspectum vestrum formidarem, judicium declina-
rem? Nunc cum nihil tale moliar, sed rationem
fidei ac doctrina redditurus presentiam vestram
expetam; qua fronte audetis illam mihi negare; sine
suspensione fieri non potuisset, si abire etiam volen-
tes permisisset. Nunc cum ultro judicium et equitatem
vestram implorem, deserere audetis. Tum illi S. Do-
minus noster, inquit, noluit, ne cum quoquam con-
tenderemus, hinc fieri non potest, ut te audiamus, si
quid doctrina adferre ad Episcopum velis, licebit, si ali-
cujus egeas illum admonere. Ego verò amabo inquam,
si nullius rei intuitu hanc mihi gratiam prestare
vultis vel ob communem fidem, ob communem baptismum,
ob Christum vite salutisq; authorem, gerite nobis hunc
morem, et si non licet tanquam legaty quicquam au-
dire, licet tamen ut Christianis. Hæc obtestatione
facta coepit murmur audiri civium indignantium
ut tandem et hortatu consulis et rei indignitate con-
pulsis in pristinum locum resederint. Quod ubi factum
est, pro virili doctrinam Christi defendere, ac ad summa
capita respondere in hæc fere modum.

Responsio 1.

Proposuisse quidem In. Sufraganeum, quosdam Titulos
docere doctrinas et irritabiles, ut nos induci non posse,
ut id velit de nobis accipi, qui tanto sudore jam annis per
quatuor Evangelium Christi et doctrinam Apostolicam
predicaverimus. Tamen non nihil obolet, quod apud se
tam id proposuisset, quid n. nostra referret, si alibi tales
doctrinae predicarentur, modo ne Tiguri. Unde cum non
sit verisimile, Sufraganeum de alienis locutum esse, pa-
teat, mihi fabulam narrari, quam licet disimulet, ma-
nifestum esse hunc Nathanael istius Davidi, scelus proposu-
isse, quod autem ad rem Evangelicam pertineat, non mi-
rum esse, si alicubi, inter eos qui Evangelica pre-
ceptiones humanas mordacius ferrent, et eos, qui illas
aversantur, dissentiant. Christum enim apertissime
in futurum predixisse, non veni pacem mittere in
terram, sed gladium; veni enim hominem separare a pa-
tre suo et filiam a matre, nuram a socro, inio futurum
esse, ut hominis hostes futuri sint domestici sui. Quamquam
ne illa quidem responsione opus esse, Tigurum enim ma-
gis quam ullum Helvetiorum pagum patatum et quietum
esse, id quod omnes boni cives acceptum ferrent Evan-
gelio: quod deinde objectum sit nullas humanas nec
preceptiones nec ceremonias servari oportere doceri,
ingenue agnoscam, ceremoniarum partem ac
preceptionum cupere ^{abolitam} esse, quod precepta sunt
magna parte talia, que etiam Petrus in Actis negat
ferri posse, nec etiam illos auditurus sum, qui dicant
Petrum de veteribus locutum esse ceremoniarum ac prece-
ptis. Eto tamen, si hoc illis donem, clarum tamen esse
Petrum in ea fuisse sententia, ut censeret Christianos
ab omni ejusmodi onere et amaritudine, oportere esse
liberos. Quod si Petrus jugum illud vetus tantopere deprecatus
sit, quod

70

sed quod tamen levius multo fuisset, quam id quod nos hodie de H^o 1522.
ferimus. Quid futurum arbitramur, si de graviore facta
questio fuisset? Vetus autem iugum tolerabilius futurum
fuisse; ut interim Pontificum decreta taceam, multi plu-
ra et graviora quam Moscos; Christianis hominibus
quam nostrum, id satis ostendere, jejuniorum immodicam
observationem, ciborum delectum, festorum otia, quan-
tala enim Judaeorum fiunt jejunia, quae aliquando in
summo necore constituti, indicabant, si compares, is
statu nostris quadragesimalibus vere angariis, ac
iis, quae in divorum honorem indicuntur, irremisso quo-
dam perpetuo terrore. Jam et ciborum delectum si
comparas, gravior est eorum observatio apud Christia-
nos quam Judaeos, illi a quibusdam abstinere generibus, nullo
tamen certo tempore, excepto paschale, nos et a generibus variis,
et multo tempore abstinemus. Festorum autem otia, Ju-
daeos etiam longe superamus, unde si Petrus noluit levio-
re iugo Christianos molestari, multo minus graviore. Negari
tamen nec in ea esse sententia, ut putem nulla humana
praecpta vel servanda esse vel statuenda. Quis enim non
alacriter latere sit, quicquid universorum Christianorum
concordi sententia decreverit? at est diverso abominari
quorundam impurissimorum ventrium decreta, qui
Phariseorum ritu, onera imponant supra cervicem homi-
num importabilia, et ipsi ea ne sumo quidem digitulo
moveant. Quod autem dixerat ad exasperandum senatum
futurum ut nec civilibus legibus obtemperaretur, negari id
esse est mente Christi vel Apostolorum. Illum dixisse, date
Caesari, quae sunt Caesaris etc. ac tributum vel censum
contribuisse, imo cum jam nasceretur, ad edictum Ce-
saris parentes ejus commendasse. Hos docere, reddite
omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal etc.
et obedite praepositis vestris non tantum etc. Unde
manifestum est, fortius quam verius dictum, quod
exemplum etiam clarius fiat, omnes universi orbis
populos felicissime legibus paruisse, etiam antequam

Christus homo nasceretur, immo Christianismum ad ^{communi}
justitiam servandam esse potentissimum. sed nec fidem ^{hanc}
esse aboleri posse, abolitq; ceremonis in universum etiam
immo ceremonias haud quicquam aliud agere, quam ex
Christo et eius fidelib; os oblinere, spiritus doctrinam
abolere, ab invisibilib; ad elementa mundi avocare, quod
tamen brevib; diei nequeat et explicari. Alia deinde ratione
docui simplicem plebeculam, per ceremonias ad agnitionem
veritatis manuduci posse, nempe ea qua Christ; et Apostol;
induxissent, sine omnib;, quatenus mihi per sacras literas
perspectum est, ceremonis, neq; periculum esse minus illam
capacem esse Evangelii, quod, quicumq; credit, intelligit, illa
credere potest, ergo et intelligere, quicquid huc agitur,
divino sit afluato non humano ingenio ratiocinio, quod Christ;
patris quoq; gratulatus est, Confiteor inquit, Tibi pater es
quod absconderis haec a sapientib; et prudentib;, et reve-
lasti ea parvulis, ita pater, quoniam sui placitum fuit
ante te. Et Paul; i. cor. i. dicit, stulta hujus mundi a deo
esse electa, ut sapientia pudesaceret. Quadragesimam
4. nusquam nunquam docuisse, non observari oportere, quan-
quam cupiam non tam imperiose praecipere et integrum
cuivis relinqui. se juret autem cui non satis sit quadra-
gesima, reliquam anni etiam, non defuturos, qui jeju-
mum suadeant, quos ego auguror plus promotores,
quam eos, qui nutu imperii sui et excommunicationis
minis, patent omnia non secus quam ad Jovis nutum
ruinam minatura. serres sint quidam edere ausi mi-
nimè mali, qui nec inficiantur, sed quandoquidem divina
lege a carnib; non sit eis interdictum, in testimonium
fidei potius edisse, quam in ullius contumeliam, quod
hinc pateat, nam mox ut docti sint a nobis, rationem
scandali habere debuisse, destiterunt. unde nec ista
legatione opus fuisse, remittente sua sponte malo, si
modò malum est. Hoc tamen vehementer nos admi-
rari, quoddam annum jam XVI. in dioecesi Constant.
Evangelizem, hactenus tamen non desiverim aliquo
misisse.

71
misisse Constantienses tam splendida legationem, que ser-
varetur, quorum pacto Evangelicum negotium incederet.
Nunc cum minimam observatiunculam senserint non tam
hasam quam viderentur velle etiam querimonis impleri
omnia, quiritari, unos esse, Tigurinos, qui secessionem à
Christianorum cōmunionem, meditari audeant. Et tamen
verbi, ut diximus, Suffraganeo regente ac Brendino atte-
stante, Senata vero toto reclamante, negationi eorum
donavimus his fere verbis. Quandoquidem negas, ostendis tibi
id excludisse imprudenti, facile itaq, ignoscimus, per me tibi
fuerit integrum, quavis emendare. Semp. autem Christi-
anam nihil scandalum, nihil ignominiam passam esse, si
pauci admodum sint humanam traditionem pravaricati.
6. Literas autem Evangelicas nusquam aperte, permittere
carnium esum, falso oppositam ostendimus. Nam Marci
cap. VII. dicit in hunc modum. Nihil est extra hominem
introducens in eum, quod possit eum co inquinare, hic ostendi
per oppositum antecedentis, ut ipsi sacras literas tractant.
Sequi oppositum consequentis, hoc pacto, ergo quicquid est
extra hominem introiens in hominem, non potest eum
co inquinare. Signa mihi verba. Nihil, signum univer-
sale negativum, si dixisset, Nullas cibis, obmisisset genus
potulentorum, si nullus potus, cibum, idem placuit veri-
tati dicere. Nihil, deinde subjunxit, ne posse quidem
inquinare. Audi veritas asseverat non posse, Homo
qui mendax est, omnis n. homo mendax dici posse, hic
se torquet homo ac dicit, verba ista non esse tam
diserta, imò non hoc esse pacto accipiendum, sed ante-
cedentia spectanda esse et quae sequuntur, cum tamen
sequitur, non intelligitis, quod omnes extrinsecus in-
troiens in hominem non potest eum co inquinare,
quia non intrat in cor ejus, sed in ventrem vadit,
et in secessum exiit, purgans omnes escas. Amabo, quid
clarius dici potest, etiamsi antecedentia spectes et
consequentia? Addebatur contra, sanctorum patrum
7. decreta et concilia; Respondimus Dominum J. En-
gelhardum nostrae deus vobis nobiscum ea, in quibus

ipsi maxime, fiderent, diligenter librasse, nihil autem
tale asseverare posse ex his, quibus loco sacra Aurora uteretur,
non enim hoc in questionem venire, an quadragesimam
abolitam oporteat, sed an ea tempestate, per legem
Christi licet carnibus vesci, ieiunium ut nulli interdici,
sic integram relinquimus.

8. *Notandum est et contra vetustissimum morem, hic in-
genue cessans consuetudinem esse, atque eam minime ma-
lam. At si consuetudo esset, cur edictum adderetur? dicitur
haud dubie operam promissam, ut ea consuetudo, temere
ne intercedat. Ea si consuetudo persequeretur non
a spiritu divino esset inspirata, tanto tempore, non
duravisset juxta Gamaelielis verbum. Respondi hoc et alia
quae non ex mente dei essent, solutum in suo tempore. dicitur
enim plantatio, inquit Christus apud Mattheum, quam
non plantavit pater meus coelestis, eradicabitur. Delectum
autem ciborum nec Christum nec Apostolos praecipisse,
unde nulli mirum videri debere, quandoquidem Christi
benignitate sua velut postliminio mundum nunc per
Evangelium clarus illustravit, si modo miseri mortales
ad libertatem respiciant. Post haec Orator gravissimum
catastrophen fecit ad senatum, ut iam et in Ecclesia
maneant, nam extra illam neminem salvum fieri, cui
in hunc modum occurrimus. Nihil vos moveat, o opti-
mi cives isthaec adhortatio, quasi Ecclesiam Christi un-
quam depraveritis, ita enim persuasi sumus de nobis, ut
recenti adhuc memoria teneatis, quod dictum est in
enarratione. Matthaei, quod fundamentum Ecclesiae sit
petra ista, quae se Petro fideliter confitenti nomen
dedit, proter quod nemo aliud ponit fundamentum,
sed nec ponere potest, quin in omni gente et loco,
quisque confitens ore suo Dominum Jesum et corde
credens, quod deus eum suscitavit a mortuis, salvus
fiat, sive apud Indos sit, sive Scythas, certis constare,
extra illam neminem salvari, intra quam nos omnes
esse tanto firmitus credimus, quanto certius gloriamur
in spe gloria filiorum dei. Hic hominem protrahere
potuissent*

potuissim ac nudare. epy de Eulesia sententiam, malui
tamen parcere, ut eum aliquando poeniteret, quod co-
ram toto Senatu profractiorem esse dixit, quam quotun-
agi possit. Cum hoc pacto catastrophen fecisset, ad finem
oculos vertebamq, secus tamen evenit, atq, speraveramq,
iterum enim huc redit, ut diceret ISTA |. sic enim,
ni me fallit, opinio doctrinam Evangelicam depellant
ISTI | sine fundamento Scripturae doceri. ubi rursum
sub Marci VIII. verbum tanquam sub Aiacis clypeum
confugi, et haec sagittas emisi; Vin' tibi claviora
proferri? non dignus est Christy, cui fides habeatur?
non Marcus, tametsi locos multos in unum congesse-
mus, nunc tamen reliquis parcere, ne Patres fastidio
aficeremus. | hic oportune D. Engelhardus Testamentum
novum sinu extrahit, et locum Pauli i. Tim. 4. expli-
cari jubet, accepi librum, et Germanice locum interpre-
tatus sum, quem cum pleriq, agnoscerent jam inde ab
illius Epistola. enarratione. superiore anno per nos facta,
mirum, quam omnes respirarint, adeo refert, quo
quoq, loco dicantur. His protinus omisq, ceremo-
niis, ut ille. rursus in aciem produxit, saucias tamen
ita nos rursus eas profligare. conati sumq. Cum enim
dixisset, Plebanorum esse exponere, quid ceremonias
velint, everti hoc pacto, nobis comendatum esse Evan-
gelium Christi, ad sedulo predicatarum Quid ceremonias
portendant, eos exposituros, qui ex illis vivant. Fateor
ne hic dedita opera, tacite tamen, vltus hominis tan-
gebre voluisse. Quid enim aliud agunt Suburbani isti Epi-
scopi, quam ut consentionum prestigis oculos saginent.
Quod si aliquis ceremoniarum magister apud oves nichil
creditas, necus atq, veritas haberet, predicare ausit, mi-
nimie laturum. Jam quo de scandalo disseruerat, proba-
visseus omnino, nisi omnis sermo hac visq, esset tendere
ut qui infirmi essent, perpetuo manerent infirmi. Quum
tamen firmiorum, quales ipsi videri volunt, intersit,


infirmos *πρόβαμα* *πράξεον*, i. adsumere, consolari, fovere,
juvare, nimirum ut et ipsi firmi reddantur. Unde hoc ta-
men adieci, quin ille multa anxia constat. Antistiti-
cura dixisset, de vitando vel cavendo scandalo. Equid non
aliqua ad morem Christi adhortaretur sacerdotes suos, ut
posthabita immunitate sua, publica cum reliquis patribus
Christianis ferrent onera, tributa penderent et vectiga-
lia. Christum enim, ne scandalizaret eos, qui didrachmam
exigebant, pendisse, additis etiam miraculo. Negari autem
non posse, omnem apud omnes gentes plebem queri, quod
sacerdotes, quod Monachi, quod vestales otiosi alerentur,
nihil tamen vel opis vel rei in publicum usum conferrent.
Hoc illi posteaquam senata exessissent gravissima questi-
sunt, extra propositum (ut ajunt) esse indictum. Et mihi
videtur, nihil potuisse commodius hoc loco dici, cum de
scandalo tam sollicitum diceret Constant. Antistitem.

14. Timotheum deinde circumcidi Paulum esse passum, ut
sciam, ita Titum, ut circumcideretur, nulla ratione
induci potuisse adserui, et rationem utriusque facti red-
dere conatus sum, quod Timotheum, dum adhuc in her-
ba esset Christi, apud Thacedonas passus sit circumcidi,
ut tumultus nihil oriretur. Postea vero quam idem
Paulus magis adolevisset, et Paulus ejus instinctu jam
certior factus esset, Titum sine tumultu servare
posse, servavit. Hic vires omnes exserui, ut Senato-
res persuaderem, ut in veteri more perstarent, do-
nec vel istius jugi nobis tora solverentur, vel orbis
ipse ad resamendam libertatem apertim consentiret.

15. Postremo dixi eos recte posse, dei suo capiti inniti, et
sensui, qui recepta Scripturae, obstreperent, ac traditi-
unculas humanas coelesti doctrinae proferrent, non
eos, qui se nullis aliis armis aut prociis tuerentur,
quam sacris literis. Illos enim carni fidere, et sanguini,
hos unam veritatem coelestem, de qua ne verbum quidem
unquam possit excidere. Paulum ut non ignorem conta-
visse Evangelium cum Apostolis tandem, ita sciam post
14. primum annos id factum esse. Quamquam autem non
ignorem, quid isto velint exemplo. Partes tamen suas
eo magis

73
eo magis infirment quam fulciant. Hos enim paulo ante
non alia ratione, tam obstinate institisse, ut presentes
essent nostrae quoque satisfactioni quam ut liquido cerneretur
quo pacto sacras literas tractarem, inuò paratum esse,
rationem reddere, de eâ quae in nobis est fide, coram coe-
lestibus, terrenis et inferis. Ad demum senatum precatus,
ut omnia boni consulere, loqui desin, excepto quod dum
ille rursus coepisset quiddam ogganire, atque id assidue in-
culcari à sanctis Patribus et conciliis, futurum esse, etc.
quadragessimam, carnes ederentur, coepi et ego impu-
dentius obstrepere, negare, ullis conciliis decretum fuisse,
generalibus saltem. Tandem cum ipse, appendix sua
finem fecisset, senatum dimisimus. Haec sunt Erasme,
frater charissime, quae ipsis diebus accepimus vel dedimus
vulnera coram sacerdotum senatorumque ordine. Haec
rursus medela, quibus infirmis succurrimus; tum multarum
omnia, ut à nobis acta ita scripta sunt. Nam ille doctus
attulerat oratorem, ego vero, quo stabam vestigio, pugna-
re coactus sum. Quod si quid minus dixi, vel amplius atque
acta sunt, imbecillitati humanae id imputandum arbitror,
quod quam parum in rememorando possit, vix agnoscit.
Summam tamen actionis omnino atigi, sive apud senatum,
sive sacerdotum ordinem, sive privatim habitam. Vepe-
ra enim illa, quae mane cum sacerdotum ordine egerant,
casu in nos incidi et multa cum illis contuli, ex quibus
omnibus didici, ubi loci ulcus eos urat. Vale et si ad
Bovillum nostrum scripseris, salutes eum nostro
nomine. M. D. XXXII.

11 11 11



[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely a historical document or letter.]

S. P.
quo
à te
hach
dare
ret
stru
ut
obfi
fui
qui
ne
illu
ciu
fua
fuis
sum
na
fuo
hoc
ad b
Hef
hona
qui
am
rei